

RODOLPHVS GVALTHERVS THEOLOGVS TIGVRINVS.



RHodolphus honestis parentibus Tiguri apud Heluetios natus est, anno circiter 1518. Ibi cum felici ingenio conspicuus esset, à pueris operam litteris dedit, atq; prima artium & linguarum funda-
menta facile posuit. Inde quoq; exteras celebriores scholas inuisit, & preclaras sibi in omni genere lin-
guarum & artium eruditionem comparauit. quin etiam Poëticæ incubuit, & bonorum authorum le-
ctionem sibi familiarem reddidit. Postea in patriā reuersus, Zwinglio præceptore usus, sacras literas euoluere coepit, & tandem talis euasit, ut etiam do-
ctissimis Theologis conferri possit. Accedebat &
morum grauitas, & dicendi naturalis quedam elo-
quentia. Id cum Tigurinus Magistratus cognouisset, eum anno circiter 1542,
post mortem Leonis Iude, ad S. Petrum in minori urbe Tigurina pastore ele-
git, & Euangeliū annuntiare iussit. id quod ipse magna semper fidelitate pre-
sttit, & cunctis ciuibus gratissimus fuit.